



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 10. S. Leonis Epistola ad S. Turibium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V.
A. C. 447.

§. X.

S. Leonis Epistola ad S. Turibium.

Leo. ep. 15. **S**anctus Turibius similem Epistolam, & Commentarium ad S. Leonem per manus Diaconi cujusdam de sua Ecclesia, cui nomen Pervincus, misit, cu S. Leo, data amplissima Epistola, duodecimo Kalendas Augusti, Calipio, & Adaburo Consulibus, id est, 21. Julii, anno 447. respondit. In ea memorat, pri-

Sup. lib. XVIII. §. 30 mos Priscillianistas obstinationis pœnas dedisse, & subjungit: *Quamquam Ecclesia, dum reos punit, sanguinis effusionem rejiciat, tamen legibus Christianorum Principum adjuvari amat, & quandoque metus pœnæ, in corpore sustinendæ, delinquentes compellit, ut ad Remedium spirituale configuant.* (*) Verum ex quibz hostiles incursus Legibus silentium impo- suere, & viarum pericula causa fuere, ut raro Synodi cogerentur, Hæresi inter publicas calamitates libere in lucem pro- dire licuit. Quantus populorum numerus hoc veneno imbutus sit, ex hoc licet conjicere, quod etiam Episcopos invemire sit, qui errorem doceant.

Deinde

(*) Hic habemus, docente S. Leone Papa, Jurisdictionis Ecclesiastice modum.

Deinde Sanctus Leo respondet ad se. Sæculum V.
decim articulos, a S. Turibio sibi missos; A. C. 447.
eosdem errores exhibit, quos recensui, *Sup. l. XVII*
dum hujus Hæresis ortum memoravi. §. 56.

S. Pontifex ad singulos Articulos præcise,
& Theologicæ respondet, his erroribus
expressam S. Scripturæ Auctoritatem op-
ponens. Præter libros Apocryphos, qui-
bus Priscillianistæ utebantur, etiam li-
bros Canonicos corrumpebant; propter-
ea S. Leo mandat, ut nemo exempla de-
pravata legat, & Scripturæ Apocryphæ
penitus supprimantur; quamvis enim
Pietatis speciem præferrent, tamen ob-
portentosas fabulas, quæ referrentur, in
errorem inducere. Cum non nulli Di-
ctynnii sermones servarent, his licet er-
roribus refertos, dicerentque, Virum il-
lum in Communione Ecclesiæ defunctum,
eos tamen S. Leo sicut cœteros, prohi-
bitis accenseret. Dictynnius ante S. Tu- *Sup. XX.*
ribium Episcopus Astoricensis fuerat, & *§. 48.*
in Synodo Toletana, Anno 400. acta,
Priscillianistarum erroribus renun-
verat.

In ea Epistola id quoque S. Leo no-
tat; quam affinis Doctrina Priscilliani-
starum Hæresi Manichæorum sit, & S. Tu-
ribio Acta judicialia mittit, quæ Romæ
contra Manichæos conscripta fuerant.
In fine Epistolæ jubet, ut Synodus con- *Sup. Lib.*
vocetur, in qua Examen instituatur, num *XXVI. §. 17*

C c 5 aliqui

Sæculum V. aliqui ex Episcopis hanc Hæresin haue-
A. C. 447. sent, & nisi abjurent, a Communione re-

moveantur. Optat hanc Synodum in
Provinciis Tarragonensi, Carthaginensi,
Lusitaniæ, & Gallæciæ universalem fu-
turam, si vero quidquam obstet, vult, ut
saltem Episcopi Gallæciæ, Idacio, Cepo-
nio, & Turibio hortatoribus congregian-

Idac. Chron. An. 23. Va-
lent. tur. Has S. Leonis Epistolas, ad S. Tu-
ribium, aliosque in Hispania Episcopos
datas, Diaconus Pervincus attulit. Ali-
qui in Gallæcia, at solummodo in speciem,
se his Decretis subjecerunt.

Episcopi Hispaniæ, ut S. Leo præ-
derat, Concilium generale cogere non
potuerunt; tanta erat Provinciarum per-
turbatio! Rechila, Suevorum Rex, in
Gallæcia dominabatur, Reliquæ Gothis
parebant. Nihilominus duo Concilia
acta sunt; unum in Gallæcia, & in qua-
tuor Provinciis, scilicet Tarragonensi,
Carthaginensi, Lusitaniæ, & Betica alte-
rum. Ad Concilium Gallæciæ S. Leo
Epistolam dedit, quam Notarius Ecclesie
Romanæ, & ipse Turibius nomine, pertulit.
Concilium quatuor Provinciarum
formulam fidei contra Priscillianistas con-
scripsit, atque ad Balconium, Episcopum

to. 2. Conc. p Bragæ, tunc Gallæciæ Metropolis, misit.

1228. v. Quesn. diff. Habemus hanc Fidei formulam, quam se-

14. Martyr. quuntur octodecim articuli cum Anathe-

R. 16. Apr. matismis. Eadem ferme est cum illa,

quæ

quæ sub Sancti Augustini Nomine in an- Sæculum V.
tiquo Canonum Ecclesiæ Romanæ Co- A. C. 447.
dice legitur. Ecclesia S. Turibii Episco-
pi Memoriam decima sexta Aprilis ve-
neratur.

§. XI.

Epistola ad Episcopos Siciliæ.

Episcopi Siciliæ non solum in Paschate,
& Pentecoste, sed etiam in Epiphanya
baptizabant, ut honorem haberent
illi diei, qua JESUM Christum Baptismum
accepisse credebant. Ubi istud S. Leo *Ep. 16. al. 4.*
comperit, ad eos Epistolam dedit, ut abu- *v. Not. I.*
sum tolleret, & hortabatur, ut seque- *Quesn.*
rentur Disciplinam sanctæ Sedis, cui Con-
secrationem Episcopalem deberent. In-
de cognoscimus, in Provinciis Suburbia-
riis, nempe in Parte Italæ ad Meridiem
sita, & in Sicilia, neminem præter so-
lum Papam Episcopos consecrassæ. In
ea Epistola S. Pontifex inquit: *Tota JE-*
su Christi Vita unus Miraculorum, &
Mysteriorum contextus fuit; at quia Ec-
clesia simul omnia die una celebrare non
poteat, singulorum Memoriam diversis
diebus recolere statuit. Baptismus de
Christi Morte, & Resurrectione suam vir-
tutem principaliter traxit, & idem Sa-
cramentum præ cæteris tam unum, quam
alterum Mysterium magis expresse re-
presentat; Christi mors in Baptismo ex-
bibe-